

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Menippus sive dialogorum satyricorum centuria
inanitatum nostratum speculum**

Andreä, Johann Valentin

Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618

46. Heroes

[urn:nbn:de:bsz:31-107424](#)

forſum est.

HEROES. 85

Magistros pronūciare, talesque ab omnibus haberi velle, quos paulò ante ne discipulos quidem Mathesēos, Physices &c. fuisse cognoverunt, & illa ipsa, q̄ actib. illis de more recitari solēt, eruditio nis specimina, ab alijs cōposita, ægre legere & pronūciare posse, publico auditorio prodere non dubitant. B. Hæc pietas prohibet dicere. A. Hæc veritas jubet dicere: itaque aut Magistri aliam mihi descriptionem dabis, aut ab evidentissima imposturæ suspicione illos tuos neutiquam liberabis.

46. HEROES.

A. O Saluete heroes, quotquot de humano genere optime estis meriti. B. Quæ hæc tua devotio est? A. Hic equidem in Heroum atrio obambulo, & vultus eorū, qui inter homines excelluerunt, cum admiratione & reverentia contemplor. B. Ecquid vero animum subit, cum has virtutum iconas intueris? A. Annoto si quid rarioris Natura ædificij fabricauit, quo tam nobiles animas condigne hospitaretur. B. Mihi vero quamprimum monstra illa occurunt, quibuscum tanto labore, sedilitateque depugnare habuerunt necesse, tum indigna Mūdi gratia, quam tot meritis impetrarunt. A. Quæ vero major potest esse laborum merces, quam quod in Memoriae & bonæ famæ templo ad o mnam posteritatem prostant, & nobiliora quæ ingenia provocant, ac in Deorum veluti nume-

numerum recepti, totius orbis studijs dant leges? E. Non est illud, mi homo, quod præclara illa lumina quæsiverunt; nam superesse fama tantum, & nominis dubio præconio, id minimum est virtutis: Sed quod humanos errores ubiq; deprehēsos commiserarentur, magno conatu remedia conquisiverunt, quæ cum adhibenda essent, & magno applausu suscipienda, turpiter explosa sunt, hinc est quod miseros eos dieo, qui post lögiam defatigationem, humana insanabilitate irritati, & suis laboribus, & terræ maledixerunt, indignantesque vita hac exierunt. A. Nemo ergo tuo arbitrio reformatis humanis rebus occupabitur? B. Imo optimus quisq; at sub certa infamia, defatigationis, & ingratitudinis expectatio[n]e, id quod politiarum, scientiarum, religiōnum emendatores omnes sunt experti. A. Suis saltēm satisfecisse sufficiat. B. Ne id quidem licet, tanta est judiciorum diuersitas, live potius Decreti divini vis, quod nobis Mundum omnino infidelem esse jubet, quis enim alioquin credat Pharisæorum pietatem esse hypocrisim, & Herodianorum consilia esse peculatum, & Cyrenensium sophismata esse barbariem, nisi evidenter resisterent. A. Tentandum aliquid est. B. Isanne, & cum nobilissimo Brahe monstruosos orbes, & eccentrepicyclos magnis sumptibus, & ingeniosissimis instrumentis cœlo pelle, dum tu barbara vi terris tuis extrudaris.

47. RE-

Aude a
hoc sol
ido quidem.
omnium
in invictis
teraque lab
em diem dix
fficeret velut
dum merum
nisi ali cuius,
zum super
fios es. I
iū promissio
sse, quib[us]
ione extan
dam remittit
tibus, & ten
imponere,
qua, tragicis
verbōrum co
gimorbus ei
cedat. A
beri sibi con
uincilicem
increpare at
neralis alien
eat tolle
vel fane